



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita monachi Addas Mesopotameni inclusi. Capvt. LXX.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

rat ex Mesopotamia, nomine Dauid, virtutibus valde ornatus miseris oris & continens. Transegit autem in cellula inclusus ferè annos octoginta. Quoniam verò propter metum barbarorù nocte muri ciuitatis custodiebantur à militibus, hi qui illam muri partem obseruabant, quæ senis cellulam respiciebat, nocte quadam aspexerunt, quia ex fenestris cellulæ ignis egrediebatur. Putauerunt autem milites barbaros in cellam senis ingressis ignem. Manè autem facto, ingressi milites inuenerunt & senem illæsum, & cellam omnino incombustam & oblituperunt. Rursus igitur sequenti nocte eundem aspicientes ignem admirabantur. Non solum autem sequenti nocte ignis in cella senis apparuit, verum & multo tempore, ita ut vniuersa ciuitati manifestum factum fuerit, plures inque nocte in muro sæpe vigilarint, inspiciendi ignis gratia. Visus autem ignis ille vsq; ad obitum senis. Hoc ego miraculo non semel, & bis, sed sepius inspecto, dixi in me ipso: Si in hoc seculo tantam gloriam seruis suis largitur Deus, quantam putas eis referuauit in futuro, quando & illorum facies fulgebunt ut sol: Ista mihi filioli, causa extitit arripendi monasticum habitum, & hanc conuersationem eligendi.

Et contra heretici nostri temporis nil horum facere volunt, neq; vllis pati labores pro acquisitione Regni cælorum. Vnde est pater iste vagatione, an cella perpetuas?

Vita monachi Addas Mesopotamiani inclusi.

CAPVT. LXX.

Dicebat & hoc nobis senex, quod post hunc Abbatem Dauid venit & alius monachus, nomine Addas & ipse de Mesopotamia, & seipsum in eum usit ad aliam partem ciuitatis, in quadam magna Platano, fecitq; sibi fenestram, ex qua etiam

iam cum aduenientibus colloquebatur. Cū ergo venissent Barbari, & omnem prouinciam perdati essent, cōtigit eos per locum illum transire. Cūq; vnus ex eis conspecto sene, gladium eduxisset, vt occideret, sublatam in sublime manum vt feriret, demittere nequiuit, sed ea suspensa immobilis perstitit. Quod cū cernerent Barbari cæteri admirati rogabant senem, vt socium eorum curaret. Senex igitur, facta oratione, curauit cum & ita dimisit in pace.

1. Vide magnam orationis virtutem.

Pulchrum dictum homicidæ ad monachum, qui eum sequebatur, dum duceretur ad decollandum.

C A P V T. LXXI.

N Arrauit nobis iterum idem Abbas Palladius, dicens, quod in Arsenoite, quæ ciuitas Thebaidis est, tentus fuerit quidam homicidij reus, qui cū diu cruciatus esset, tandem sententiam decollationis accepit. Cū ergo duceretur extra ciuitatem sex milibus passuum (illius enim etiā perpetrata homicidium) Monachus quidam retro sequebatur, vt illum decollari conspiceret, qui autem ad decollandum ducebatur, cū vidisset Monachum sequentem, ait illi: Nihil, Abba, nō habes cellulam, & opus manuū? Respondit Monachus: Parce mihi, frater, & cellulam enim, & opus habeo. Qui respondens ait illi: Quare ergo non resides in cella, & desies peccata tua? Dicit ei Monachus: verè, frater mi, valde me ipsum negligo, compunctionemq; animæ meæ non habet, & idcirco venio, vt aspiciam te, dum morieris, vt vel sic in compunctionem veniam. Tunc ait illi reus: Vade, frater, per Dominū, sede